

Petes 8. Utrum cum aliquo dispensari possit, ne unquam confiteatur? R. negativè: tum ratione generali, quod inferior non possit dispensare in lege superioris: tum specialiter, quia Confessio est pars necessaria Sacramenti Poenitentiae, in quo Ecclesia non potest dispensare: sicut enim non potest instituire nova Sacramenta, ita nec instituta removere, quippe quae sunt ipsius Ecclesiae fundamenta: tum etiam, quia Sacramentum Poenitentiae est Sacramentum necessitatis, sicut Baptismus; namque non potest dispensare in Baptismo sic, ut sine illo salus habeatur. Quod autem posset opponi de dispensatione in voto; disparitas est, quod Ecclesia non dispensat in voto durante ejus obligatione, quod esset dispensare in Jure naturali & divino; sed tollit obligationem voti, quae non est a Jure divino, sed a voluntate humana, de quo dixi fusi alibi. Potest tamen Ecclesia dispensare in tempore Confessionis a se constituto, quia potest dispensare in suis Legibus. Haec autem potestas pertinet privatè ad Papam, & ad Concilium generale; quia est Lex ab Ecclesia universali lata. Id verò non obs-

tat, quominus poenitens possit ex consilio Confessarii Confessionem differre ultra tempus ab Ecclesia statutum ad melius esse, seu ex tali causa, ob quam prudenter judicatur talem dilationem esse de mente praesumpta Ecclesiae. Ita expressè Concilium Lateran. can. *Omnia*.

Si dicas, praecipuum Ecclesiae quoad tempus esse determinationem Juris divini, adeoque Ecclesiam in eo non posse dispensare. R. Equidem esse determinationem Juris divini, sed humanam, non divinam; & ideò, sicut illam posuit, potest auferre & relinquere praecipuum in eo statu, in quo erat ante determinationem. Et cum non constet, quando obliget praecipuum divinum, an semel in anno, an plus, an minus, hoc sufficit, ut Ecclesia justis de causis ultra annum differat. Videatur tamen, quod non posset dispensare ultra tempus, in quo certò obligat Jus divinum, puta ultra octo, aut decem annos, sed posset interpretari in certis casibus, Jus divinum ob gravissimas causas tunc occurrentes non obligare.

## DISSERTATIO VI.

## DE MINISTRO CONFSSIONIS.

## D. Thom. Suppl. Quaest. 8.

## ARTICULUS I.

## Utrum solus Sacerdos sit Minister Confessionis?

Negant Wiclefista, damnati in Concilio Constantiensi; Waldenses, qui hanc potestatem tribuebant cuilibet Laico probo; & Lutherus, qui, cum existimaret absolutionem nihil aliud esse, quam declarationem remissionis peccatorum, docuit in libro de abroganda Missa, quemlibet fidelem, etiam mulierem, esse Ministrum Confessionis, saltem in casu necessitatis. Morinus verò l. 8. de Poenit. c. 23. censet, hanc facultatem olim fuisse concessam Diaconis. Contra quos omnes

Dico. (Suppl. q. 8. art. 1. o.) Solus Sacerdos est Minister legitimus Confessionis sacramentalis. Prob. (Ib. in arg. 9. s. c.) Ille solus est Minister legitimus Confessionis, qui potest absolvere a peccatis confessis; ad id enim ordinatur Confessio sacramentalis; atqui solus Sacerdos potest absolvere a peccatis confessis: ergo. Prob. Min. Solis Apostolis, & in eorum persona solis Episcopis & Sacerdotibus, utpote eorum Successoribus, Christus Matth. 18. promisit claves Regni Caelorum, seu potestatem ligandi & solvendi, retinendi, & remittendi peccata, usque solis eam contulit Joana. 20. dicens *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos... Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt*: ergo. Undè Concilium Trid. Sess. 14. Can. 10. definit: *Si quis dixerit... non solos Sacerdotes esse Ministros absolutionis... anathema sit*. Vide Canonem integrum in capite Tractatus. Idem amplius declarat Concilium eadem Sess. cap. 1. & 6. Adtipulantur SS. Patres, Basilus in Regulis brevioribus num. 228. dicit, peccata Sacerdotibus aperienda esse, quia eis credita est dispensatio divinarum Mysteriorum. Ambros. libr. 1. de Poenit. c. 2. *Jus hoc*, inquit, ligandi scilicet & solvendi, solis Sacerdotibus concessum. S. Ephrem. Orat. de Sacerdotio: *Absque venerando & divino Sacerdotio remissio peccatorum mortalibus non conceditur*. Aug. Serm. 351. dicit, ad remissionem peccatorum accedendum esse ad Antistes, per quos in Ecclesia claves ministrantur S. Leo Ep. 91. *Indulgentia Dei, non nisi supplicationibus Sacerdotum, potest obtineri*. Plura in hanc rem protuli Dissert. 1. hujus Tractatus de existentia Sacramenti Poenitentiae & Dissert. praecedenti art. 1. de necessitate Confessionis. Confer.

Dixi in Conclusionem: Confessionis sacramentalis, id est, quae sit in ordine ad absolutionem a Ministro consequendam; quia non negamus, olim viguisse morem confitendi Laicis, praesertim ubi deesset Sacerdos. At ista Confessio non erat sacramentalis, seu in ordine ad absolutionem, sed ad erubescendum & majorem humilitationem, seu ad consilium, aut auxilium petendum, utque inde & ex magno desiderio Confessionis Deus flecteretur ad veniam concedendam. Quo sensu intelligendus est S. Thom. dum hic art. 1. o. & praesertim ad 1. scribit, quod, *Quando necessitas est imminens, debet facere poenitens quod ex parte sua est, scilicet conteri & confiteri cui potest... & quod defectu Sacerdotis supplet summus Sacerdos... & ex desiderio Sacerdotis talis Confessio sacramentalis est quodammodo*. Quibus, inquam, verbis S. Thom. non praecipit, sed hortatur ad hujusmodi Confessionem secundum morem, qui vigeat suo tempo-

re: eamque vocat quodammodo sacramentalem, non quod esset in ordine ad Sacramentum, aut esset pars Sacramenti, sed quia vel fiebat ad imitationem Confessionis sacramentalis, vel quia habebat ad adjunctum Sacramenti desiderium. Ista autem consuetudo nunquam vim legis habuit, & jam diu abrogata est, ut mox dicam.

Hunc porro esse sensum S. Thom. evidentè patet 1. ex art. 1. praecedenti, in quo resolvit solum Sacerdotem esse Ministrum Confessionis sacramentalis. 2. Ex eadem Responsione cit. ad 1. hujus articuli secundi, ubi in fine dicit, quod ex tali Confessione non sit Sacramentum perfectum, quia deest ei, quod est ex parte Sacerdotis. Et ad 3. ibid. de hujusmodi poenitente & confitente dicit necesse esse, quod iterum confiteatur Sacerdoti, cum copiam habere poterit, quia Sacramentum Poenitentiae perfectum non fuit. Item opusc. 5. Iste autem mos, qui diu ante D. Thom. vigerat, & ejus temporibus adhuc vigeat jam diu & merito exolevit; censente Theologi illum nunc non expedire; partim quia hoc esset apparenter connivere Haereticis hodiernis; partim quia hujusmodi Confessionis nulla est necessitas, nullum praecipuum, neque expedit peccata, praesertim occulta & gravia, extra Sacramentum manifestare. Similiter, cum S. Thom. art. seq. dicit Confessionem venialium posse fieri non Sacerdoti, non intelligit sacramentalem in ordine ad claves, quae non nisi Sacerdotibus sunt collatae: unde dicit ibid. hanc Confessionem non esse perfectum Sacramentum: sed intelligit non sacramentalem, quae, dum fit ex humilitate & detestatione peccatorum, valet ad remissionem peccatorum venialium; sicut, inquit ibid. S. Doct. tuncio pectoris, aspersio aquae benedictae, & alia Sacramentalia. At, cum nulla sit necessitas sic confitendi venialia, moment, ut supra, Theologi, melius esse ab hujusmodi Confessione abstinere, nisi consilii petendi causa, sicut de mortalibus dictum est. Haec pro explicatione mentis S. Thomae.

## Solvuntur objectiones.

Obj. 1. Jacobi 5. dicitur: *Constitimini alterutrum peccata vestra*. R. (Suppl. q. 8. art. 1. ad 1.) quod si ille textus intelligatur de Confessione sacramentali (quod quidam negant) per alterum non intelligitur quilibet, sed Sacerdos, hoc est, homo homini. Quod patet, tum ex eo quod praemisit Apostolus: *Si quis vestrum infortunat, inducat Presbyteros Ecclesiae*: tum quia Jacobus loquebatur Christianis, quibus praesupponebat notam esse Legem Evangelicæ Confessionis faciendæ solis Sacerdotibus Joana. 20.

Obj. 2. Episcopus electus & confirmatus, licet non ordinatus, potest aliis conferre potestatem expiendi Confessiones sacramentales: ergo illam habet. Item Sacramentum Poenitentiae est Sacramentum necessitatis, sicut Baptismus; atqui quilibet homo potest conferre Sacramentum Baptismi: ergo R. ad 1. N. Ant. Non enim Episcopus non ordinatus confer potestatem, sed dumtaxat exercitium hujus potestatis assignando Sacerdoti subditos, in quos possit exercere suam potestatem, ut dicemus modo, dum de jurisdictione. Ad 2. N. Conseq. 1. Quia Baptismus est majoris necessitatis, quam Poenitentia; potest enim Poenitentia suppleri per illius votum & con-

## ARTICULUS II.

## Utrum omnis Sacerdos sit Minister legitimus Confessionis?

Sive

## Utrum gratè potestatem Ordinis sit in Ministro Confessionis necessaria potestas Jurisdictionis?

Hæc quaestio expediri non potest, nisi prius explicetur varia, quae spectant jurisdictionem. Undè sit

## §. I. De Jurisdictione.

Petes 1. Quid sit Jurisdictio? R. Jurisdictio, generalitèr sumpta, est quaedam potestas moralis regendi, & gubernandi subditos. Specialitèr in subjecta materia, est potestas, qua Sacerdos, ut Judex, fert in alterum, tanquam in subditum, sententiam in foro conscientiae.

Petes 2. An hæc potestas sit distincta ab illa, quae confertur in corpus Christi mysticum omni Sacerdoti in sua Ordinatione, per hæc verba: *Accipe Spiritum S. quorum remiseris peccata, remittuntur eis: & quorum retinueris, retenta sunt*, & quae dicitur potestas Ordinis. R. Esse certò aliquid distinctum: tum quia Concilium Florentinum, & Trid. Sess. 14. c. 7. declarant, nullam esse absolutionem collatam a Sacerdote, qui non habet jurisdictionem: ergo supponunt jurisdictionem non competere omni Sacerdoti, adeoque non conferri in Ordine, sed esse quid distinctum a potestate Ordinis. Tum quia aliam omnis Sacerdos foret proprius Sacerdos, & nullus alius, contra quod supponit Concilium Lateranense, cum decernit Sacerdotem alienum non posse absolvere sine licentia proprii.

An verò sit quid distinctum ex parte principii, aut tantum ex parte termini, seu materiae subjectae, disputatur inter Theologos. Quidam volunt, omnem Sacerdotem vi suae ordinationis Jure divino accipere potestatem absolvendi completam, & perfectam quantum est ex parte principii, non tantum completam ex parte materiae, seu subditorum; quia nisi ab Ecclesia assignentur, talis potestas non est valde reducibilis ad actum. Undè, juxta hanc sententiam potestas jurisdictionis, quantum est ex se, seu ex parte principii, non est distincta a potestate Ordinis. Id autem probant ex verbis cit. *Accipe Spiritum S. &c.* quibus omnes Sacerdotes absolute constituuntur Judices, idque explicant his exemplis. Si v. gr. Rex constitueret Titium Judicem, seu daret ipsi potestatem absolvendi, vel damnandi omnes ipsi assignandos a Governatore, Titius foret, ut patet, a Rege constitutus completè Judex, haberetque completam potestatem judicandi ex parte principii, licet ut valide illum exerceret, indigeret designatione subditorum eorum per gubernatorem faciendam. Item, si Rex instituit Chlarchum solo diplomate, non assignata legione (*Colonel en Brevet*), is habet potestatem imperandi completam ex parte principii, quam tamen exercere non possit, nisi illi subiciatur legio ita, inquit, in nostro casu.

Alii volunt, jurisdictionem esse potestatem distinctam a potestate Ordinis ex parte principii; quia, inquit, in ordinatione confertur quidem potestas physica completa ad producendam gratiam, non autem moralis, qualis tamen est jurisdictio; ut patet in iudicibus humanis, qui, licet habeant omnia requisita in esse physico ad judicandum, puta scientiam, prudentiam, &c. indigent tamen adhuc jurisdictione, quae ex parte ipsius iudicis se tenet, & non tantum ex parte materiae, quae illi est subjecta. Et hic modus loquendi videtur conformior Conciliis, & D. Thom. Est autem hæc jurisdictio secundum illos deputatio legitima ad exercendum munus Confessarii absolvendo a peccatis modo judiciali poenitentes tanquam subditos. Cæterum utraque sententia est probabilis, & in rigore videtur tantum esse disputatio de nomine; sive enim illa jurisdictio sit distincta a potestate Ordinis ex parte principii, sive tantum ex parte materiae, conveniunt Auctores utriusque sententiae potestatem Ordinis sine illa esse tantum incompletam, & in actu primo, nec valde reducibilem ad actum secundum, nisi ab Ecclesia accedat deputatio legitima, & assignatio subditorum.

Hinc inferes, jurisdictionem differre a potestate Ordinis. 1. Quod potestas Ordinis conferatur cuilibet Sacerdoti per suam ordinationem: Potestas verò jurisdictionis per deputationem legitimam Superioris, vel Ecclesiae ad absolvendum poenitentem modo judiciali ut subditum. 2. Sacerdotes omnes in potestate Ordinis sunt æquales, non verò in potestate jurisdictionis. 3. Potestas Ordinis est invariabilis, & indelebilis, utpote fundata in charactere Sacerdotali; potestas verò jurisdictionis potest augeri, vel minui, aut etiam totalitèr tolli.

contritionem, non Baptismus in parvulis. 2. Poenitentia administratur per modum iudicii, ad quod requiritur jurisdictio, non Baptismus. 3. Et praecipue, quia sic est voluntas Christi, quae nobis constat ex Scriptura, Traditione, & usu Ecclesiae. Vide Dissert. 2. de Bapt. art. 2.

Obj. 3. Pro Diacono cum Morino. S. Cyprianus Ep. 12. de illis, qui Libellos a Martyribus acceptant: dicit: *Si incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata praesentia nostra, apud Presbyterum quemque praesentem, vel si Presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus ceperit, apud Diaconum quoque Exomologesim facere delicti sui possint, ut manu eis imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres literis ad nos factis desideraverunt*: ergo. R. N. Cons. Quamvis enim Exomologesim frequenter usurpetur pro Confessione sacramentali, attamen non raro etiam sumitur, vel pro ipsa actione Poenitentiae publicae, maxime pro ea parte, quae dicebatur *substratio*, in qua Poenitentes impositioni manuum Episcopi, & Cleri substrati confitebantur se peccasse; vel pro declaratione poenitentiae adimpletae, postquam poenitentes impositione Caeremoniali manuum Episcopi, & Cleri reconciliabantur Ecclesiae, & admitebantur ad Communionem. Hoc autem sensu Cyprianum intellexisse Exomologesim in objectione patet; quia sic ipsemet illum intelligit Ep. 11. 61. & praesertim 9. ubi de illis, qui poenitentiam publicam agebant pro peccatis levioribus, quam sit abnegatio fidei, & Idololatria: dicit: *Nam, cum in minoribus peccatis agant peccatores poenitentiam iusto tempore, & secundum disciplinae ordinem, ad Exomologesim veniant, & per manus impositionem Episcopi, & Cleri jus communicationis accipiant: tunc erudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesiae pace ad communionem admittuntur, & offerunt nomen eorum, & nondum poenitentia peracta, nondum Exomologesim facta nondum manu eis ab Episcopo, & Clero imposita, Eucharistia illis datur*. Videt Exomologesim apud Cyprianum sumi, vel pro ipsa actione poenitentiae adimpletae, aut eius parte, vel pro declaratione poenitentiae adimpletae; impositionem verò manuum sumi non pro sacramentali, sed pro caeremoniali, facta ab Episcopo, & Clero; denique pacem pro reconciliatione cum Ecclesia, & admissione ad communionem. Quod adhuc evidentiè fit ex eo, quod Cyprianus loquitur de illis, qui stadium poenitentiae publicae decurrerunt. At verò Confessio sacramentalis publicam poenitentiam praecedebat, ut diximus antè. Undè, dato Cyprianum locutum fuisse de Confessione peccatorum, hæc tamen non fuisset sacramentalis.

Inst. 1. Cyprianus committit Diaconis, ut faciant, quod Episcopus, aut Sacerdos fecisset, si adfuerit: Episcopus autem, seu Sacerdos absolviset sacramentalitèr. Item permittit eis, ut conferant pacem, quam patebant poenitentes ex libellis Martyrum; hæc autem pax non erat simplex reconciliatio cum Ecclesia, sed etiam absolutio sacramentalis: ergo. R. 1. N. Utraque Min. Reconciliatio enim & pax, de qua loquitur Cyprianus, non erat reconciliatio cum Deo per absolutionem sacramentalem, sed reconciliatio cum Ecclesia per relaxationem poenitentiae solennis, & participationem Eucharistiae; nec aliud pretebant Martyres suis libellis, erant enim tunc, sicut nunc, Indulgentiae: Indulgentia autem non est absolutio sacramentalis a peccatis, sed relaxatio tantum poenitentiae temporalis, quae reminet post dimissam culpam, sicut supponit absolutionem sacramentalem: id magis constabit ex dicendis infra in Digestione historica ad Dissertationem de Satisfactione, ubi probabimus absolutionem sacramentalem non differri usque post peractam poenitentiam solennem, sed ordinariè conferri post Confessionem secretam, cum poenitentes ad poenitentiam solennem admittentur. Confer. R. 2. Data utraque Minore, facultatem, quam ibi concessit Cyprianus Sacerdotibus, & Diaconis, intelligendam esse accommodatè ad eorum potestatem, in Sacerdotibus de reconciliationibus Canonica, & Sacramentali, quia ad utramque habent potestatem; in Diaconis de reconciliatione, & pax tantum Canonica, non Sacramentali, quia ad hanc non habent potestatem.

Inst. 2. Licet Sacerdos non sit Minister ordinarius Confirmationis, potest tamen illam conferre ex commissione Episcopi, ut diximus suo loco: ergo similiter Diaconus respectu Confessionis, & Absolutionis Sacramentalis. R. N. Conseq. Disparitas prima petitur ex voluntate, & institutione Christi, quam pro utroque Sacramento nobis testatur Ecclesiae traditio, & usus. Secunda Disparitas est, quod, quamvis Sacramentum Poenitentiae sit magis necessarium, quam Sacramentum Confirmationis, Ministri Poenitentiae sunt frequentiores, quam Ministri Confirmationis.



Potes 3. Quotplex sit jurisdictio? R. Quod sit duplex, ordinaria, & delegata. Ordinaria est, quæ competit alicui ratione muneris, officii, vel beneficii, cui annexa est cura animarum unde dicta ordinaria, quia sic assumpta, collatis officio, vel beneficio, ordinariè censetur conferri. Delegata est illa, quæ habetur ex commissione illius, qui habet ordinariam. Qui habet jurisdictionem ordinariam, dicitur proprius Sacerdos; nec tamèn idè potest dici simpliciter, & absolute Ordinarius, quia Ordinarius simpliciter, & absolute dicitur, qui ultra jurisdictionem ordinariam ad absolvendum habet etiam ordinariam ad exercenda omnia alia munia spiritualia, etiam in foro exteriori, ut Papa in tota Ecclesia, Episcopus in sua Diocesi. Unde Parochus, licet sit proprius Sacerdos respectu suorum Parochianorum, non est tamèn simpliciter Ordinarius, sed secundùm quid tantùm, quoad forum scilicet conscientie, & munus absolvendi.

Potes 4. Quibus competat jurisdictio ordinaria, & respectu quorum? R. Jurisdictio ordinaria, ut jam dixi, competit iis, qui ratione officii tenentur gerere curam animarum. Hinc 1. competit Summo Pontifici respectu totius Ecclesie, 2. Episcopis respectu totius Diocesis, 3. Parochis respectu suorum Parochianorum.

Potes 5. Jurisdictioni communicant Legatus a latere, Pœnitentiarius Papalis, Nuncius etiam Apostolicus respectu tantùm terminorum suæ nuntiationis duntaxat. Episcopali communicant Vicarii Generales Episcoporum, Capitulum Sede vacante, & Pœnitentiarius, ubi Pœnitentia est in officium erecta. Ad hanc reducitur jurisdictio Generalium respectu totius Ordinis; Provincialium respectu Provinciae; Abbatum exemptorum respectu suorum, eò quòd respectu illorum fruatur jurisdictione quasi Episcopali. Sed quid Archiepiscopus? Potest tempore visitationis absolvere subditos Suffraganei. Ità expressè cap. ultimo de censibus in 6. lib. 3. tit. 20. Ad Parochialem reducitur jurisdictio Decanorum respectu sui Capituli, Vicariorum perpetuorum respectu Parochie, superiorum localium, ut sunt Piores, Guardiani, Rectores, respectu suorum, quorum tamèn jurisdictio est longe major Parochiali, cum etiam in foro exteriori possint excommunicare, & multa alia facere, quæ non possunt Parochi: unde a quibusdam reducitur ad Episcopalem. Notandum, quòd secunda persona in Conventibus, ut Supprior apud nos, Vicarius apud Franciscanos, &c. non sortiuntur jurisdictionem ordinariam, nisi per mortem, vel amotionem Prioris, vel Guardiani Sedes vacet.

Potes 6. Quot modis aliquis fiat alterius subditus, seu ejus jurisdictioni subiacitur quoad hoc Sacramentum? R. tribus modis. 1. Ratione domicilii, vel quasi domicilii. 2. privilegio status. 3. Juris interpretatione, seu consuetudine. Ratione domicilii, vel quasi domicilii Episcoporum, seu Parochorum ordinariè jurisdictioni subiacentur, qui inter limites Diocesis, vel Parochie Domicilium, hoc est, fixam, & perpetuam habitationem habent: vel quasi Domicilium, hoc est, familiam, seu habitationem per magnam partem anni, ut sunt Mercatores in Emporiis, Scholastici in Academiis, Aulici in Curis, &c. Unde, qui habet duo domicilia in diversis Parochiis, aut in una domicilium, in altera quasi domicilium, secundùm plures utriusque Parochi jurisdictioni subiacitur, & a quolibet potest absolvi: licet Sylvio, & aliis probabilibus videatur, quòd confiteri debeat Sacerdoti illius Parochie, in qua habitat, dum instat præceptum confitendi, ne sequatur confusio.

Privilegio status ordinariè jurisdictioni subiacentur, qui alicui statui, vel familie uniuntur, cujus superior ex privilegio ordinariè habet jurisdictionem; ut qui in familiam Cardinalium admittuntur, ipsi ut Ordinarii subjacent in hoc Tribunali Sacramentali. Novitii Superioribus Religionis; item, qui sunt verè de familia domus, & commensales continui. De his ultimis identidem lites motæ sunt a Parochis, sed in suam perniciem. Præter enim plurima Summ. Pontificum Privilegia, Innocentii IV. Constit. 42. Alexandri IV. Constit. 205. Nicolai V. Constit. 29. in qua exprimit etiam cohabitantes causa devotionis, Innocent. VIII. Constit. 46. Leonis X. Constit. 59. ac tandem Clementis X. Constit. 2. Superna data 1670. qui in terminis declarat: In Monasteriis, ac Collegiis, ubi iuxta Regularia instituta vivunt, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum audire Confessiones illorum secularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales. Præter hæc, inquam, non ità pridem, Senatus Supremus Parisiensis ann. 1688. contra Parochum d' Oisy in favorem Monialium Abbatie du Verger Diocesis Cameracensis Ordinis Cisterciensis decrevit, earum Confessarium posse exercere omnia Pastoralia in omnes domesticos intra septa Monasterii degentes, excepta Baptismi, & Matrimonii administratione. Idem ann. 1691. contra Parochum S. Albini Duaci in favorem Abbatie de Patris ejusdem Ordinis Diocesis Arebratenensis.

Juris interpretatione, vel si mavis, tacita voluntate Ordinariarum per consuetudinem firmata, inter agentes, & peregrinantes ordinariè sortiturur in hoc Tribunali Parochum illius loci, ad quem perveniunt, sive ex devotione, sive ex obligatione Sacramenta percipere voluerint. Idemque de Confessione annua, & Communione Paschali declaravit Eugenius IV. si eo tempore, quo urget præceptum, ad proprium Parochum accedere commodè non possunt: ità tamèn ut in propriam Parochiam reversi testimonium annuæ Confessionis, & Communionis Parochis exposcentibus exhibeant, & modò etiam non fiat in fraudem, ut vitent scilicet proprium Parochum, nisi fortè accederent ad Privilegium, de quò infra. Huc revocari possunt, aut, si vis, ad quasi domicilium, Vagabundi, qui nullibi domicilium habent: & idèd probabilibus pro Sacerdote proprio sortiuntur Parochum illius loci, in quo pro tempore morantur; quia actualis habitatio quoad præsentem casum succedit ipsi loco domicilii, ità ut Parochus talis loci teneatur illis indigentibus, & justè petentibus Sacramenta conferre, & ut præcepta impleant, eos urgere, & cogere: & licet id fortè non possit respectu eorum, qui alibi Parochiam habent, cum tamèn vagi nullam habeant, justum est, subdantur illi, in cujus districtu morantur. Similiter juris interpretatione, seu privilegio status milites subiacentur suo Capellano ut proprio Sacerdoti, saltem quando sunt in castris: quia, dum sunt in Stationibus, seu prædiis quibusdam, videntur, quòd ex dispositione Sacellani generalis subdantur Parochio talium locorum. Tandem ratione periculi, seu articuli mortis quilibet fit subditus cuilibet Sacerdoti, a quo potes absolvi, ut dicemus fusius infra.

#### Specialitèr de Jurisdictione delegata.

EX jam dictis habemus, quòd jurisdictio delegata sit ea, quam Sacerdos in Pœnitentem acquirit, non ex vi officii, aut beneficii proprii, sed ex commissione legitima alterius ordinariè jurisdictionem habentis. Dicitur 1. Ordinariè jurisdictionem habentis, quia delegati non possunt subdelegare, nisi id expressè eis concedatur. Patet ex cap. Cum casus 62. de appell. tit. 28. ubi id permittitur delegatis Principum tantùm: & non aliis. Dicitur 2. Ex commissione legitima, ad quam requiruntur certæ conditiones tam ex parte delegantis, quam ex parte delegati: ex parte delegantis, quòd non deleget extrà limites suæ jurisdictionis, & quòd non sit degradatus, aut excommunicatus vitandus; quia tunc privatur usu Ecclesiasticæ Jurisdictionis. Secus tamèn, si Episcopus confirmatus, quamvis nondùm Sacerdos, quia licet tunc careat jurisdictione, ut ipsemet absolvat in foro conscientie, habet tamèn jurisdictionem in foro exteriori, ut deleget ad absolvendum. Ex parte delegati requiritur pariter, quòd non sit degradatus, nec excommunicatus vitandus. Insuper, & maxime pro Confessione secularium, quòd sit approbatus ab Episcopo, nisi ipsemet delegans esset Episcopus. Ità Jure novo Tridentini. Hinc sequitur quòd, licet antè Trid. possent Parochi ex Jure communi delegare quemlibet Sacerdotem ad ministerium hujus Sacramenti in sua Parochia, etsi non foret ab Episcopo approbatus, post illud tamèn, nec licitè, nec validè id possunt: ut etiam declararunt Cardinales ejusdem Concilii Interpretes.

Potes 1. quotplex sit jurisdictio delegata? R. quòd sit duplex; directè, & indirectè delegata. Directè delegata dicitur, quando alicui committitur, ut ipse per se directè pœnitentem absolvat. Delegata indirectè, quando alicui conceditur, ut eligat Sacerdotem, qui ipsum, vel alios absolvat; facta enim electione, indirectè collata censetur jurisdictione Sacerdoti electo. Undè, quamvis ipsa delegatio jurisdictionis ad ipsum Sacerdotem terminetur, ministerium tamèn medium hujus delegationis, scilicet electio Sacerdotis, laicis, imò & feminis potest committi.

Potes 2. Quot, & quibus modis acquiritur jurisdictio delegata, tam directè, quam indirectè? R. tribus potissimum modis, ab homine, a Jure, a consuetudine. Ab homine: quando homo ordinariè gaudens jurisdictione illam verbo, scripto, vel alio signo exteriorè alteri committit, aut permittit alicui Confessarium eligere, ut accidit in Jubilæis. A Jure: quando Jus Canonicum, Lex, Bulla, aut Constitutio Papalis concedit certis personis, vel ut absolvant, vel ut Confessarium eligant. Sic quoad 1. concessum est omnibus Ordinum Mendicantium Sacerdotibus, ut possint absolvere omnes fideles ad se venientes, modò sint a suis respective Superioribus legitime presentati, & ab Episcopis approbati; de quo specialitèr dicam infra. Paritèr quoad 2. concessum est Episcopis, Generalibus Ordinum, Provincialibus, Abbatibus, & minoribus Prælati exemptis, ut possint sibi eligere Confessarium. Ità Gregorius IX. lib. 3. Decret. Tit. 38. de Pœnit. & Remiss. his verbis: Cum pro dilatione pœnitentie periculum imminet animarum, permittimus Episcopis

& aliis Superioribus, necnon minoribus Prælati exemptis, ut etiam præter Superioris sui licentiam providum, & discretum sibi eligere possint Confessarium. Idem dicendum de illis, quibus id privilegio specialiter concessum est. Porrò circa textum Juris citatum notandum, quòd nomine Episcoporum illi soli intelliguntur, qui simpliciter dicuntur Episcopi, ut sunt confirmati etiam ante Consecrationem, licet sint tantùm titulares; non verò solum Electi, si non sint confirmati. Nec etiam degradati, quia habentur, tamquam si non essent Episcopi. Depositi tamèn, excommunicati, suspensi videntur frui tali privilegio; quia licet interdicitur eis usus Ordinis, & Jurisdictionis, non privantur tamèn gratiis, & privilegiis. Nominè Superiorum intelliguntur Generales Ordinum, Provinciales, Abbates exempti a jurisdictione Episcopali, & saltem ex consuetudine Cardinales. Nominè minorum Prælatorum intelliguntur Prælati locales exempti, ut Piores, Guardiani, Rectores, &c. non tamèn Abbates, aut Prioratus, quæ non veniunt nomine Prælati.

Dubium hic oritur: an Prælati regulares eligere possint Confessarium extra suum Ordinem? R. affirmative, nisi specialis suæ Religionis constitutio obstet; quia ubi Jura non distinguunt, nec nos distinguere debemus: non expedit tamèn.

Dubium aliud: an Prælati, sive Regulares, sive Sæculares eligere debeant approbatum ab Ordinario? R. Prælatos sæculares Episcopis inferiores prohibentibus non posse eligere, nisi approbatum ab Ordinario. Quia Trid. de Ref. sess. 23. c. 15. docerit, neminem posse audire confessiones Sæcularium, nisi vel habeat Beneficium parochiale, vel sit ab Episcopo approbatus, Non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudine, etiam immemorabili. Nonnulli quidem existimant, hanc licentiam a Tridentino non fuisse abrogatam, quia, quæ sunt redacta in corpus Juris, non sunt pura privilegia, sed Leges, & Canonæ. Ceterùm, ut minimum saltem res est dubia, adeoque cum periculo nullitatis Sacramenti ad præxim non reducenda. Quoad Prælatos Regulares possunt eligere etiam non approbati ab Episcopo: quia Trid. nihil innovavit circa confessionem Regularium.

A consuetudine. Non quòd sola consuetudo possit jurisdictionem conferre, cum necessario debeat a Superioribus procedere; sed quòd sit testis, & signum moralitèr certum taciti consensus Superioris. Undè talis jurisdictio ad ejus nutum est revocabilis, non obstante consuetudine. Ex hoc capite Pastores, & simplices Sacerdotes sæculares possunt sibi Confessarium eligere, modò sit approbatus; quia Prælati omnes, & Parochi in id consentiunt propter commoditatem sacrificandi. Dixi: modò sit approbatus, quòd patet tum ex modo dictis, tum ex hac propositione condemnata ab Alexandro VII. Qui Beneficium curam habentis, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. Hic etiam revocari possunt iter agentes, & peregrinantes; qui, quamvis domicilium retineant, possunt tamèn confiteri Parochio illius loci, ad quem perveniunt, vel alteri pro tali loco approbato: si tamèn hoc non fiat in fraudem, ut vitetur proprius Sacerdos; vel si accedant ad privilegium, ut jam diximus de jurisdictione ordinariè, ad quem videntur etiam peregrinantes posse revocari.

Potes 3. Utrum ad delegationem ab homine sufficiat ratihabitio sperata, seu presumptio consensus futuri illius, qui delegare potest? R. Nec ratihabitio sperata de futuro, nec presumptio consensus futuri delegantis sufficit ad delegationem: quia ad validitatem absolutionis requiritur jurisdictio actualis in eo, qui absolvit; atqui dum est tantùm ratihabitio sperata de futuro, seu presumptio futuri tantùm consensus delegantis, non adest jurisdictio tempore absolutionis, sed speratur tantùm postea futura: ergo. Opposita tamèn ratione sufficit ratihabitio de presenti, seu presumptio fundata consensus presentis delegantis, si tamèn reverà adsit talis consensus; quia, si revera non adesset, quantumvis fundata, & rationalis ejus foret presumptio, non haberetur jurisdictio delegata, quæ necessario dimanat ab actuali, & vero consensu delegantis, jurisdictione ordinariè gaudentis. Undè non est de facili usurpanda jurisdictio ex tali presumptione taciti consensus, sed meritò expressus requiri debet, ubi haberi potest. Quod enim dicitur sufficere, si Ordinarius videat, & taceat, non sit contradictio, verum quidem esse potest, sed non ità semper, cum possit non consentire, & tamèn tacere, quia vel timet rixas, vel putat alium aliunde habere jurisdictionem. An autèm sufficeret voluntas interior delegantis nullo signo externo manifestata? Respondet Sylvius hic questionula prima negativè; quia, inquit, talis potestas debet conferri humano modo.

#### §. III. Resolvitur questio proposita in titulo Articuli.

Dico. (Suppl. q. 8. art. 4. o.) Non omnis Sacerdos est legitimus Minister Confessionis; sed proprie potestatem Or-

dis requiritur jurisdictio. Prob. 1. ex Canone Omnis utriusque sexus Concilii Lateran. in quo statuitur, quòd omnis fidelis debeat saltem semel in anno confiteri proprio Sacerdoti, vel alteri de ejus licentia. Prob. 2. auctoritate & ratione Concilii Trident. sess. 14. cap. 7. ubi ait: Natura & ratio iudicii illud exposcit, ut sententia in subditos duntaxat feratur. Et idèd in Ecclesia Dei persuasum semper, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet jurisdictionem.

Prob. 3. (Ibid. o.) Oportet, quòd ille, qui dispensator hujus Sacramenti constituitur, sit talis, qui possit imperare aliquid agendum, cum Sacerdos non absolvat, nisi obligando ad aliquid faciendum; atqui imperium non competit alicui in alium, nisi qui habet super eum jurisdictionem: ergo de necessitate hujus Sacramenti est, non solum ut Minister habeat Ordinem sicut in aliis Sacramentis, sed etiam ut habeat jurisdictionem. Et idèd, sicut ille, qui non est Sacerdos, non potest hoc Sacramentum conferre; ità nec ille, qui non habet jurisdictionem. Ex his patet, Conclusionem esse veram non solum Jure Ecclesiastico, sed etiam divino, cum fundetur in natura Sacramenti, ut instituitur a Christo per modum iudicii. Undè Bonifacius Paps cap. Si Episcopus de pœnit. & remis. in 6. Nulla, inquit, potest consuetudine induci, quòd aliquis præter sui Superioris licentiam Confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit solvere, aut ligare. Quod autèm nulla consuetudine abrogari potest, Juris est divini, vel naturalis. Patet insuper, cur in administratione aliorum Sacramentorum non requiritur jurisdictio, sic quòd omnis Sacerdos, sive excommunicatus, sive suspensus, sive degradatus, validè, licet illicitè, baptizet, consecret, unget, &c. quia hæc Sacramenta non sunt instituta per modum iudicii, nec idèd requirunt jurisdictionem, sicut Sacramentum Pœnitentie.

#### Solvuntur objectiones.

OBJ. 1. Omnis Sacerdos in sua ordinatione accipit potestatem absolvendi a peccatis, dum ei dicitur: Accipe Spiritum S. quorum remisit peccata, remittuntur eis: ergo. R. D. Ant. Omnis Sacerdos in sua ordinatione accipit potestatem absolvendi a peccatis physicam, seu Ordinis, C. Ant. moralem, seu jurisdictionis, N. Vel aliter: accipit potestatem absolvendi incompletam, C. completam, N. Solutio patet ex 2. Petitione §. præcedentis. Pro cujus majori intelligentia observandum est insuper, Sacerdotem in sua ordinatione accipere duas potestates, unam in corpus Christi verum, dum porrectis instrumentis dicitur ipsi: Accipe potestatem celebrandi: alteram in corpus Christi mysticum, seu in fideles judicialitèr absolvendos, seu ligandos, dum postea ipsi dicitur: Accipe Spiritum S. &c. (Quidam tamèn existimant, utramque simul accipere, dum conferuntur ipsi Ordo & character sacramentalis, in prolatione scilicet primorum verborum cum porrectione materis: sed quia Episcopus non potest omnia simul proferre, postea dicit: Accipe Spiritum S. &c. ut explicativum jam traditæ potestatis) Utraque potestas est physica, quia effectus utriusque, scilicet consecratio corporis Christi, & absolutio a peccatis per collationem gratiæ, sunt physici. De 1. non procedit argumentum, sed de 2. tantùm. At neque illa est omnino completa sine morali potestate jurisdictionis, seu nisi designetur materia, in quam possit exerceri; sicut in naturalibus causa physica non producit effectum, nisi applicetur materis: & in moralibus homo instructus scientia, probitate, & aliis conditionibus physicis ad iudicandum, nihil efficere potest sine jurisdictione & deputatione a Principe; imò ab eo constitutus indeterminatè Index nec quidem efficere potest, nisi determinentur & assignentur ipsi subditi, in quos illam potestatem exercere valeat, ut diximus loco cit. Undè, licet jurisdictio non sit causa efficiens gratiæ remissivæ peccatorum, est tamèn conditio insupplebiliter requisita ad hoc, ut potentia Ordinis physica hunc effectum physicè producat.

Insti. Hoc ipso quo dicitur Sacerdotibus in sua ordinatione: Accipe Spiritum S. quorum remisit, &c. constituitur Iudices omnium fidelium, ità ut in omnes conferatur eis jurisdictio: ergo. Prob. Ant. 1. Quia alias frustranea esset illa potestas. 2. Quia Apostoli non acceperunt jurisdictionem in omnes fideles, nisi per illa verba: Accipite Spiritum S. quorum remisit, &c. 3. Quia in primitiva Ecclesia omnes Sacerdotes hoc ipso quo erant ordinati, poterant omnes absolvere sine ulla alia delegatione. 4. Quia alias dicendum foret, Sacerdotes absolvere auctoritate Ecclesie, & non Christi: ergo. R. N. Ant. Quia ut jam, expe diximus, jurisdictio non datur sine subditis, in quos exerceri possit; per ista verba autèm in ordinatione Sacerdotum neque omnes fideles, neque aliqui determinatè assignantur ut Subditi Sacerdotis consecrati: non aliqui determinatè, ut pa-



ter, neque omnes, tum quia id non exprimitur, tum quia alias omnes forent proprii Sacerdotes, nullus alienus contra mentem, Traditionem, & Decreta Ecclesie. Item omnes forent aequalis Papae, & Episcopis in absolvendo: unde confusio, & totius Ordinis Ecclesiastici inversio oriretur.

Ad r. probat. N. Ant. Quia ista potestas Ordinis est necessaria requisita, ut in ea fundetur iudicium; ita ut nulli non Sacerdoti possit talis iudicium absolventi a peccatis conferri, ut patet ex art. precedenti: & quia illa iudicium non est potestas physica producendi gratiam remissionis peccati, sed tantum conditio, ut dictum est. Ad 2. R. Apostolos praeter potestatem Ordinis accepisse etiam potestatem iudicium immediate a Christo, non praesens vi istorum verborum: *Accipite Spiritum S. quorum remisistis*, &c. sed ex peculiari Christi intentione, quae significata est per missionem, qua eos mittit cum auctoritate Apostolica in universum mundum; sicut misit me vivens Pater, inquit, & ego mitto vos, accipite Spiritum S. & Quamvis autem Sacerdotibus in ordinatione dicatur: *Quorum remisistis peccata*, &c. non mittuntur tamen, neque sicut Apostoli constituantur Doctores, & Pastores; sed accipiunt duntaxat potestatem physicam Ordinis remittendorum peccatorum, super quam fundari possit potestas iudicium, si a Superiore detur. Unde Sacerdotes sunt Apostolorum Successores quoad characterem sacerdotalem, & potestatem Ordinis tantum, non quoad iudicium, Apostolorum, & Pastorum. Ad tertium, N. Ant. Licet enim in exordio Ecclesie, cum parvus esset credentium, & Sacerdotum numerus, nec adhuc facta esset divisio in Episcopatus, & Parochias, cuilibet Sacerdoti statim, ac erat ordinatus conferebatur iudicium; id tamen non habebat praesens vi ordinationis, sed vi delegationis, & deputationis, quae vel includebatur in ipsa ordinatione ex speciali intentione Ecclesie tunc temporis; vel statim, sed soorsim formaliter, & explicitè fiebat. At nunc, cum Ecclesia diviserit Episcopatus, & Parochias, id amplius, nec facit, nec intendit. Adde non constare, etiam Sacerdotibus his primis temporibus conferri iudicium in omnes fideles. Quin imò probabilis est, eos deputari ad certa loca, & personas. Ad 4. Quamvis possit dici, Sacerdotem absolvere auctoritate Ecclesie intelligendo de sola iudicium; iste tamen loquendi modus non admittitur; quia absolutio est principaliter actus potestatis Ordinis, ut dictum est, & virtus efficax formae est a Christo, non ab Ecclesia.

Repones. Quando aliquis accedit ad Sacerdotem, ut ipsi confiteatur, & ab ipso absolvatur, hoc ipso se illi subicit: ergo Sacerdos habet hoc ipso iudicium in eum tanquam in subditum. R. hanc instantiam non urgere in sententia probabilis, quam supra exposuimus, scilicet quod potestas Ordinis compleatur etiam ex parte principii per iudicium, quod complementum non potest dare inferior particulis. In altera vero sententia, N. Consequ. Quia non pertinet ad subditum excutere iudicium unius, ut se subijciat iudicium alterius in causis, & spectat Superiore; sed in fieri debet legitima Superioris auctoritate, quod patet in civilibus: licet enim homo possit se alteri homini subijcere quantum ad ea, quorum dominus est, & pendet ex suo libero arbitrio, non tamen quantum ad ea, quorum ipse dominus non est, & quae pendet ex Superiore; sic v. gr. reus laesae Majestatis non potest subijci cui vult iudici, ut a erimine isto absolvatur, & obtineat veniam, sed illi debet subijci, quem Rex in hac causa constituit, & delegavit iudicem; quia remissio hujus criminalis non ad ipsum, sed ad Regem pertinet. Ita in nostro casu.

Obj. 2. Papa potest absolvi; atqui nullus habet iudicium in ipsum: ergo. R. D. Min. (Ib. art. ad 4.) Nullus habet iudicium in ipsum ut Papam, C. Min. ut peccatorem, N. Min. Per peccatum enim fit inferior apud Deum, sicut unus Medicus curatur ab alio, non ut Medicus, sed ut inirmus.

Si vero petas, a quo Confessarius Papae habet in eum iudicium, an a Christo, an ab ipso Papa? Videtur probabilis, quod ab ipso Papa: licet enim Papa non habeat iudicium hoc sensu in seipsum, ut se absolvat, quia reus, & iudex debent esse personae distinctae; attamen ut Vicarius Christi censetur superior seipso ut peccatore, & ut sic potest alteri conferre iudicium exercendum in seipsum in foro conscientiae. (Hic q. 22. art. 4. ad 3.) Nec tamen sequitur, quod possit etiam conferre alteri iudicium in seipsum in foro exteriori, puta, ut ipsum communicet, quia absolutio, & ligatio in foro Confessionis est quoad Deum tantum, apud quem aliquis alio superior red dicitur inferior per peccatum; sed in iudicio exteriori aliquis non amittit superioritatem, ex hoc ipso quod peccat.

Obj. 3. In eo, quod est necessarium ad salutem, non oportet homines arctari; atqui magna nimis arctio videtur, si oportet uni homini confiteri, & per hoc multi possent a Confessione retrahi, vel timore, vel verecundia, vel aliquo alio hu-

iusmodi: ergo. R. N. Min. (Ib. art. 6.) Sufficientes enim sternitur ad salutem via, tum quia sufficienter multiplicatur proprii Sacerdotes, tum quia faciles debent esse in concedenda licentia alteri confitendi: *Peccaret enim Sacerdos*, inquit D. Thom. ad 6. si non esset facilis ad praebendam licentiam alteri confitendi; quia multi sunt aded infirmi, quod potius sine Confessione morerentur, quam tali Sacerdoti confiterentur. Unde illi, qui sunt nimis solliciti, ut conscientias subditorum per Confessionem sciunt, multis laqueum damnationis injiciunt, & per consequens sibi ipsis. Hae verba sunt notata digna.

Obj. 4. Quilibet Sacerdos habe potestatem completam absolvendi a venialibus, & mortalibus jam remissis: ergo & ab aliis mortalibus. R. probabilis cum Sylvio, & pluribus aliis, N. Ant. r. Quia, licet venialia, & mortalia jam remissa sint materia libera Confessionis; attamen eorum absolutio est actus iudicium, & usus clavium, ideoque debet proficisci ab habente iudicium. 2. Sine iudicium non est potestas ligandi ad penam. Quod autem quidam, inter quos novissime Tournely, dicunt Ecclesiam in hoc casu tacito consensu conferre iudicium necessarium, planè gratuitum est, & nullo fundamento iudicium, praesertim post Decretum Trid. Sess. 23. c. 15. de Reform. quo declarat generaliter nullum Sacerdotem posse expirare Confessiones Secularium sine Episcopi approbatione. Quo Decreto consuetudine contrarie, si aliquando fuerit, derogatum est; quidam addunt esse abrogatum Decreto Innocentii XI. 16. Februarii 1679.

Si dicas, S. Thom. id innuere infra, dum dicit remissionem venialium sequi potestatem Ordinis. R. S. Thom. loqui de remissione venialium, quae fit per collationem ejuslibet, vel Sacramenti, vel sacramentalis, non per absolutionem sacramentalem; simul enim loquitur de absolutione, & sui, & aequalis, & superioris: constat autem, quod nec a venialibus aliquis possit seipsum sacramentaliter absolvi. Vel dicendum, S. Thom. loqui secundum praxim sui temporis, si tamèn viguerit. Posset insuper obijci, quod quilibet Sacerdos possit absolvere in articulo mortis, sed de hoc argumento infra ex professo agemus.

ARTICULUS III.

Utrum Confessio annua, facta alteri, quam Sacerdoti Parochiali, de licentia superioris, sit valida, & licita?

Questio haec movetur occasione famosi Canonis Concilii Lateran. IV. Omnis utriusque sexus de quo jam supra, in quo sic statuitur: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio Sacerdoti. . . si quis autem alieno Sacerdoti voluerit, iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio Sacerdote, cum aliter ille ipse non possit absolvere.* Et adverte, questionem esse de sola Confessione annua, de ea enim sola Concilium loquitur. Tota difficultas versatur circa sensum horum verborum proprio Sacerdoti, quis sit ille proprius Sacerdos exclusivè.

Quidam ergo contendunt, nomine proprii Sacerdotis sic intelligi Parochum, ut excludantur summus Pontifex, & Episcopus, ita ut hi non possint aliis dare facultatem excipiendi Confessiones Parochianorum, imò nec ipsimet excipere sine consensu, & licentia Parochorum. Ita olim Guillelmus de S. Amore, quem impugnavit S. Thom. Opusc. 19. Deinde Joannes de Poliaeo, quem damnavit Joannes XXII. Constit. *Vas electionis* data ann. 1321. Etiam nunc quidam Scidoli, qui non minus insulsè quam erroneè jactant, se & Papam, & Episcopum esse in sua Ecclesia. Quidam paulò modestiores dicunt, Papam ex plenitudine potestatis posse dispensare in hac lege; non posse Episcopum, quia est lex generalis Ecclesiae; at summus Pontifex annquam de facto illi derogasse. Haec ex una parte. Ex altera quidam volunt, nomine proprii Sacerdotis Concilium intellexisse summum Pontifex, Episcopum, & Parochum; alii, intellexisse solum Parochum, sed non exclusis Superioribus, seu salva summi Pontificis in tota Ecclesia, & Episcoporum in suis Dioecibus auctoritate. Quamvis autem haec utraque sententia quoad rem coincidat, modus tamen loquendi in secundo videtur conformior menti Concilii. r. Quia Concilium Can. 32. dicit: *Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus Ecclesie, quae curam proprii Sacerdotis debet habere, pensionem alii quasi pro Beneficio conferre presumat.* Ubi nomine proprii Sacerdotis certò intelligit Parochialem: ergo similiter Canone 21. *Omnis utriusque sexus*. 2. Idem eruitur ex scopo Concilii in hoc Canone edendo. Tunc temporis abusus irrepererat, ut Parochi tot quot possent Parochianos ex aliis Parochiis ad se attraherent pro Confessione annua, ut ex eis decimas perciperent. Erat enim tunc communiter receptum de-

decimas esse persolvendas ei, qui Sacramenta tempore Paschali administrasset. Haec restantur monumenta Historiae Ecclesiasticae, Theodulphus Episcopus Aurelianensis in suo Mandato anni 797. c. 5. Capitularia Regum Galliarum l. 7. c. 48. & 68. Decretum Gratiani 2. p. Dist. 6. de Poenit. item causa 33. q. 3. c. *Cum placuit*, &c. Huic itaque abusu & fraudi ut occurreret Concilium, sancivit neminem posse Confessionem annuam faceret nisi proprio Sacerdoti, aut alteri de ejus licentia, quod planè intelligitur de Sacerdote Parochiali. 3. Quia sic intellexerunt Innocentius IV. Const. data Neapoli, Benedictus XI. Extravaganti *Inter cunctas*, & plura Concilia particularia apud Natilem Alexandrum & Honor. Tournely: ita etiam intellexit S. Th. dum hic art. 5. querit, utrum aliquis possit alteri, quam proprio Sacerdoti confiteri ex privilegio seu mandato Superioris, ubi periculum est nomine proprii Sacerdotis ipsum intelligere Parochialem. His non obstantibus,

Dico. (Suppl. q. 8. art. 5. o.) Confessio annua facta cuilibet Sacerdoti a summo Pontifice, vel ab Episcopo delegato & approbato, non requirit consensu Sacerdotis Parochialis, imò eo contradicente, est valida & licita, eaque satisficit Canonis, *Omnis utriusque sexus*. Prob. 1. ex ipso Canone laudato. Post impositum a Concilio praecipuum cuilibet fidelis semel in anno confitendi proprio Sacerdoti, additur: *si quis ALIENO SACERDOTI voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat a PROPRIO SACERDOTE*, Manifestum est, proprium Sacerdotem ibi sumi, proit opponitur alieno, non proit opponitur communi; sique jura summi Pontificis & Episcoporum, qui sunt Pastores communes & non alieni, sarta tecta manere, & eos nunc posse, quod ante Canonem edictum poterant; atqui ante Canonem poterant, tamen, Pontifex in tota Ecclesia, Episcopi in suis Dioecibus delegare quem vellet ad excipiendas Confessiones fidelium: ergo id nunc possunt; & qui sic delegatis & approbatis confiteatur, satisficit Canonis.

Confirm. Hanc ipsimet potestatem in eodem Concilio exercerunt, dum Canone 1. statuerunt, *Tam in Cathedralibus, quam in aliis Conventualibus Ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint Coadjutores & Cooperatores habere, non solum in praedictis officio, verum etiam in audiendis Confessionibus & Poenitentis, ac ceteris, quae ad salutem pertinent animarum.* Equis sanè mentis credit, summ. Pontificem & Episcopos in Concilio voluisse in gratiam Parochorum a se abdicare potestatem, quam habent Jure divino, & quae ideò inabdicabilis est? Quis credit, Papam & Episcopum teneri petere licentiam Parochi ad excipiendas Confessiones fidelium Parochi subditorum? Haec qui credit, somniis pasci delectatur. Non ergo Papa, non Episcopus sunt alieni Sacerdotes, consequenter non eos tangit Canon, sed alios Sacerdotes parochiales, qui, ut dixi, ex avaritia mittebant filicem in messem alienam.

Prob. 2. (Ib. in arg. s. c.) rationibus Auctoritatis, quae in idem collantur. 1. Ea, quae sunt Ordinis, possunt haberi similem Ordinem committi ab eo, qui ea facere potest; atqui administrare Sacramentum Poenitentiae est potestatis Ordinis, & superior, ut Episcopus, potest Confessione audire illius, qui est de Parochia alicujus Presbyteri: ergo etiam potest committere alicui Sacerdoti, quod ipsum audiat. Min. pro 1. parte patet. Secunda est loco clarior, ita ut intolerabilis pernicitas esset eam negare: Episcopus enim est principalior Rector omnium suorum Dioecesanorum, a quo tota Parochi iudicium dimanat, & qui potest ipsi reservare, & de facto quaedam reservata, iudicium limitando. 2. Quidquid potest inferior, potest superior; atqui ipse Sacerdos potest suo Parochiano dare licentiam, ut alteri confiteatur: ergo multò fortius ejus superior hoc potest. 3. Potestatem, quam habet Sacerdos in populo, habet ab Episcopo; atqui ex illa potestate potest Sacerdos, confessionem audire: ergo & eadem ratione alius, cui Episcopus potestatem concedit, (Ib. o.) 4. Quod alius Sacerdos impediatur, ne alicujus Confessionem audiat, est propter defectum iudicium, vel propter impedimentum executionis Ordinis, sicut excommunicati, & degradati, & hujusmodi; atqui hoc utrumque impedimentum potest tolli per Superiorem independentè a proprio Sacerdote Parochiali: ergo. Prob. Min. pro prima parte. Qui habet immediatam iudicium in Poenitentibus, potest illam cuilibet Sacerdoti committere; atqui non solus Sacerdos Parochialis, sed & multò magis Episcopus in Dioecesanis, & Papa in omnibus fideles habet jurisdictionem immediatam; quod patet ex casibus, quos sibi reservat, & ex hoc quod ab ipsi Parochi habeant jurisdictionem suam: ergo. Secunda pars Min. est evidens. Multò magis enim pertinet ad Episcopos, aut Papam tollere impedimentum Censurarum aut degradationis, quam ad Parochum: ergo.

Confirm. Qui confessionem annuam Papae vel Episcopo faceret, satisficeret Canonis, vel non? Si primum dicas: ergo Papa & Episcopus sunt proprii Sacerdos ad sensum Concilii,

seu saltem non excluduntur; & qui confiteretur alteri delegato ab altertro, confiteretur illi de licentia proprii Sacerdotis. Si secundum dicas, ne repetam id esse planè absurdum; quero, cui confitebitur, & quomodo satisficeret Canonis Poenitens, si forte non habet nisi peccata reservata Pontifici, vel Episcopo?

Prob. 3. variis Constitutionibus summ. Pontificum qui post Concilium Lateran. declaraverunt, validam esse annuam Confessionem factam Regularibus privilegiatis & approbatis, & per eam satisfieri Canonis *Omnis utriusque sexus*. r. Joannes XXII. Constit. *Vas electionis*, data ann. 1321. inserta Juri communi l. 5. Extravag. communium, damnavit hanc propositionem Joannis de Poliaeo: *Confessio Fratrum habentibus licentiam generalem audiendi Confessiones, tenentur eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio Sacerdoti.* Et hanc iterum: *Stante omnis utriusque sexus edicto in Concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere, ut Parochiani non teneantur omnia peccata semel in anno proprio Sacerdoti confiteri, quem constat esse Parochialem Curatum.* Idem Alexander V. anno 1409. Bulla *Regnum in Calis*.

2. Leo X. Constit. *Diam intrà mentis arcana*, confirmata in Concilio Lateranensi V. ann. 1516. de Regularibus sic statuit: *Possunt illi per Episcopos & Praelatos super sufficienti litteratura & aliqua saltem ejusdem Sacramenti peritia duntaxat examinari; talibusque presentatis, admissis, vel etiam indebitè recusatis consentens, Constitutioni, quae incipit Omnis utriusque sexus, quoad Confessionem duntaxat satisficisse censentur.* Nota tamen has particulas, vel etiam indebitè recusatis, esse revocatas per Concilium Trid. & per condemnationem hujus propositionis ab Alexandro VII. *Satisficit praecipuo Confessionis annua, qui confiteatur Regulari, Episcopo presentato, sed ab eo injustè reprobato;* ceteris in suo robore permanentibus. Respondet Juenin, hanc Constitutionem Leonis X. in nulla orbis Christiani Provincia locum habere, quia in Synodo Augustana, Mediolanensi, Rhemensi, & Burdigalensi praecipitur servari Canonem Lateranensem. Egregè sanè: Numquid & Constitutio Joannis XXII. relata in corpus Juris, & aliae Constitutiones & decreta, quae modò referemus, in nulla Orbis Christiani Provincia habent locum? Numquid quatuor Synodi Provinciales faciunt omnes Orbis Provincias? Et esto. Numquid istae quatuor Synodi contradicant Constitutioni Leonis? Minimè gentium. Dicunt, servandum esse Canonem Lateranensem: ita est. Neque id negat Leo, sed declarat duntaxat servari per Confessionem factam Regularibus de licentia Papae.

3. Clemens VIII. in Brevis, dato 1592. contra quosdam Parochos Duacenses, qui hac de re Regulares vexabant, dixit: *Presenti nostro decreto sancimus, licere secularibus Christi fidelibus universis, liberè Missas audire, & tam dicitis Fratibus & Presbyteris dicte Societatis, aliisque privilegiatis, quibus id a Sede Apostolica indultum est, idoneis tamen & a Ordinario approbatis, peccata sua etiam Quadragesimali & Paschali & quovis alio tempore confiteri licitè posse, dummodò tamen idem Seculares Christi fideles Sacramentum Eucharistiae in propria Parochia ab eorum Parochiis sumant.* Quid hinc Brevis respondeat Juenin, dicam in Sol. Obj.

4. Innocentius X. orta controversia inter Archiepiscopum Burdigalensem & Regulares de Confessionum exceptione tempore Paschali, de consilio S. Congregationis ann. 1641. decrevit, *Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus habentibus privilegia Apostolica, ut a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè administrare non valeant personis Secularibus Sacramentum Confessionis; posse tamen interdum prohibere, ut personis Secularibus in die Paschatis non administrarent sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, etiamsi dicte persona Seculares in alia die satisfecerint praecipuo Ecclesiae, hac de re edito.* Quod Brevis fuit in Gallia receptum & executioni mandatum sacra Regis Christianissimi jussione, quae est hujus tenoris. *Lois per la grace de Dieu Roi de France & de Navarre, au premier nostre Huisier ou Sergent sur ce requis Nos bien aimés les Superieurs & Religieux de Couvent des Freres Percecheurs, Augustins, Revolets, Carmes, Jesuites & de la Mercy de notre bonne Ville de Burdeaus, nous ont fait exposer, &c. &c. A ces causes de l'avis de notre Conseil, qui a vu le dit Bref ci attaché sous le contrescell de notre Chancellerie; & que il ne s'est trouvé en icelui aucune chose contraire aux Privileges de l'Eglise Gallicane; Nous te mandons & commandons que tu mette en execution le dit Bref selon la forme & teneur, & a cet effet tu feras tous exploits requis & necessaires sans pour ce demander autre permission: Car tel est notre plaisir. Donnè a Paris ce onzième jour de Mars, l'an de grace mil six cent quarante cinq, & notre Règne le deuxième. Par le ROI en son Conseil. Signé D'AU-DIGNIER. Typis Parisiensibus Guillelmi Sassiè, Vico Des Ardiers propè Sorbonam, ad insigne duarum Turturum anno 1645;*



5. Clemens X. Constitit. *Superna*. ann. 1670. declaravit *Regulares simpliciter ab Ordinariis approbati, posse in Diocesi Episcopi approbati, quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum, Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi Paschali tempore confessionis fuerint; Constitutioni, quae incipit Omnis utriusque sexus, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censendos.* Mitto plura Concilia Provincialia, Scholasticos Principes S. Thom., S. Bonaventuram, Dorandum, Henricum a Gandavo: ex Recentioribus Gamauzum, Isambertum, Franciscum Harleum Archiepiscopum Parisensem, Natalem Alexandrum, Tournellum, hos omnes Doctores Sorbonicos, qui idem docent. Hæc sequentia dumtaxat specialiter notanda arbitror. Clerus Gallicanus in Comitibus generalibus ann. 1655. in Ep. encyclica adversus librum ejusdem Anonymi inter plura, quæ conclusionem nostram asserunt, dicit: *Fideles, qui Paschalis Communionis gratia confitentur non solum suis Episcopis, eorum Vicariis Generalibus, & Penitentiaris, verum etiam quibuslibet Sacerdotibus, Sæcularibus, vel Regularibus, ab Episcopis ad hanc functionem approbatis, ejusdem Concilii Lateranensis præceptum de annua Confessione adimplere.* Et Pastores Parisiensis in declaratione oblata Clero Gallicano ann. 1656. agnoverunt, *Episcopos proprios esse Sacerdotes, qui iure divino, & quidem superiori, & immediato, possunt fidelibus verbum Dei annuntiare, Sacramenta administrare, & quibus voluerint ea administrandi facultatem concedere.*

*Solvuntur objectiones.*

**Obj. 1.** Canonem laudatum *Omnia*, &c. qui debet intelligi de Sacerdote parochiali: ergo. At liquet ex dictis, quod concessio Ant. neganda sit Consequentia: quia sic intelligendus est de Sacerdote parochiali, ut non excludantur Superiores, Papa scilicet, & Episcopus.

**Inst.** Si nomine Sacerdotis proprii veniant Papa, & Episcopi, aut saltem non excludantur, inutilis esset laudatus Canon, cum nemo nunquam negaverit necessariam esse jurisdictionem, sive ordinariam, sive delegatam, ad excipiendas valide Confessiones: ergo. R. N. Sequelam, & ejus prohibitionem. Et t. non deserunt, qui contenderent omnem Sacerdotem vi suæ ordinationis posse audire Confessiones, ut patet ex articulo præced. Et S. Thom. refert. Opusc. 19. quosdam fuisse, & adhuc esse in suo tempore, qui potestatem Ecclesiastici Ministerii in sua sanctitate ponebant, ut videlicet qui sanctitatem caruerit, Ordinis quoque potestatem amittat; & qui sanctitatem fulgeret, etiam Ordinis potestate potestatur. ex his autem erroris radice processit quorundam præsumptio, & præceptum quorundam Monachorum, qui de sua sanctitate præsumentes Ministrorum Ecclesie officia proprio arbitrio usurpabant, absolvendo scilicet peccatores, & predicando absque alicujus auctoritate Episcopi: quod nullatenus eis licebat. Ut observavimus, tunc temporis irreperat abusus, quo Parochi ex avaritia alienos Parochianos ad se attrahebant, ipsique sine jurisdictione Sacramentum Penitentiae impendebant, peccatores ab eis decimas. His itaque erroribus, & abusibus utiliter, & providè occurrit laudatus Canon.

**Obj. 2.** Martinus IV. ann. 1281. const. *Ad uberes fructus* dicit: *Volumus, quod si, qui fratribus confitebantur eisdem, suis Presbyteris Parochialibus confiteri saltem semel in anno, proli Concilium generale statuit, teneatur:* ergo. R. cum Sylvio, & aliis, huic Constitutioni Martini IV. derogatum esse per sequentes Pontifices a nobis laudatos.

**Inst. 1.** Sixtus IV. Extrav. *Vices illius* de treuga, & pace, l. 1. tit. 9. data 1478. jubat, ut *Mendicantes desistant predicare, quod Parochiani non sint obligati saltem in Paschate proprio Sacerdoti confiteri, quia de jure teneatur Parochianos saltem in Paschate proprio Sacerdoti confiteri:* ergo. R. Nos non predicare, nec dicere, Parochianos non teneri saltem in Paschate proprio Sacerdoti; scimus enim, dicimus, & predicamus e contra esse præceptum Concilii Lateran. omnibus fidelibus confitendi semel in anno proprio Sacerdoti, aut alteri de ejus licentia; sed dicimus, & predicamus, huic præcepto satisfieri per Confessionem factam Papæ, Episcopo, eorum Penitentiaris, & aliis omnibus ab ipsis delegatis, & approbatis. Eadem solutione excipies varia Concilia provincialia, in quibus asseritur hæc obligatio confitendi semel in anno proprio Sacerdoti: unde incassum illa nobis obijciunt adversarii. Deinde, si Constitutio Sixti in aliquo contradiceret conclusioni nostræ, abundè foret illi derogatum per sequentes Pontifices.

**Inst. 2.** Constituentes sequentium Pontificum, quas pro conclusione prætulimus, non sunt receptæ in Gallia: ergo. Ita Juenin. R. 1. Ant. esse manifestè falsum de his Constitutionibus, quæ sunt intertæ corpori Juris, qualis est Extravag. *Vas electionis*, & de Brevi Innocentii X. ap. Archiepiscopum

Burdigalensem, quod Rex Christianissimus speciali diplomate jussit acceptari, & executioni mandari, ut vidimus. 2. Cur quoad hunc articulum non essent receptæ in Gallia, cum ipse Clerus Gallicanus, & varia ejusdem Regni Concilia provincialia idem definiant? 3. Eto non sint receptæ a Gallis, possent tamen ab illis recipi, sicut ab aliis recipiuntur, iisque saltè evincitur, quis sit ex mente summa. Pontificum sensus Canonis *Omnia*, &c. 4. Ut possim validè & licitè uti privilegio, non requiritur ejus promulgatio, nec ab aliis acceptatio; sed sufficit, quod quovis certo modo mihi innotescat, & ego illud acceptem, maxime si non sit in alterius præjudicium, ut non est illud, de quo agimus, sicut patebit ex Obj. seq.

**Inst. 3.** cum eodem. His Decretis id unum definiri, licere scilicet fidelibus confiteri Mendicantibus ab Ordinario approbatis, quovis, etiam paschali, tempore; et nequaquam definiri, fideles per hujusmodi Confessiones satisfacere Canonis, *Omnia utriusque sexus*, &c. Duo enim, inquit, hoc Canone præcipitur: 1. ut quisque fidelis semel in anno confiteatur: 2. ut semel unoquoque anno apud proprium Sacerdotem confiteatur. Primo, juxta laudata Decreta, satisfi per Confessionem factam privilegiatis; at non item secundo: ergo. R. 1. Assumptum esse falsum quantum ad constit. *Vas electionis* Joannis XXII. Constitit. *Regnans in excelsis* Alexandri V. Constitit. *Dim intramentis arcana* Concilii Lateran. Constitit. *Superna* Clementis X. & declarationem Cleri Gallicani in Ep. encyclica, quibus disertè asseritur per Confessionem factam Regularibus privilegiatis satisfieri Canonis *omnis utriusque sexus*. Instat itaque non tangit nisi Decreta Clementis VIII. & Innocentii X. Undè 2. qui confitetur Regulari de licentia Papæ, aut Episcopi, confitetur alteri de licentia proprii Sacerdotis, ut probavimus: ergo satisfi Canonis. 3. Præceptum confitendi Parocho supponit præceptum confitendi simpliciter: ergo, sublato præcepto confitendi, tollitur præceptum confitendi Parocho. Subsumo; atqui ex concessis per Confessionem factam privilegiatis tollitur præceptum confitendi annuè; ei enim, ut fatetur arguens, per hujusmodi Confessionem satisfi: ergo tollitur præceptum confitendi Parocho. Nisi forte dicas: esse præceptum his eadem peccata confitendi, quod est damnatum a Joanne XXII. & Alexandro V. & cujus falsitas constat ex dictis art. 2. præced. Dissert. Confer. 4. Laudata Decreta hoc solummodo requirunt ab his, qui confessi fuerint Regularibus tempore paschali, ut Sacramentum Eucharistie a proprio Parocho sumant, præceptum præcipitur cit. *Canone Omnis utriusque*, etiam si in decursu anni communicaverint: ergo censet, per Confessionem factam Regularibus satisfieri esse dicto Canonis quoad Confessionem faciendam proprio Sacerdoti. Alioquin non dixisset tantum, *Dummodo Sacramentum Eucharistie a Parocho sumant*; sed etiam dixisset: dummodo iterum confiteatur Parocho. 5. Denique quero, quid emolumentum ex hoc privilegio obveniat fidelibus, si annua Confessione legitime peracta apud privilegiatos teneatur iterum eadem peccata confiteri Parocho? Nullum sanè, sed e contra onus gravissimum, intolerabile, inauditum, nulla ratione, aut auctoritate probandum, sed reprobatum a summo Pontificibus, scilicet his confitendi eadem peccata. At forte fallor: *Maximum*, inquit Juenin, *emolumentum percipere valent ex plurimè & doctorum Religiosorum consilio.* Optimè. Sed nunquid istud emolumentum percipi potest extra Confessionem? Nam quid Parochi sunt plii & docti æquè ac Religiosi? Oblitus est hic Juenin sui & sociorum. Desperata sanè causa, quæ, non nisi his facultibus ratione, & ipsi suo Auctori probrosis, defenditur.

**Obj. 3.** Non potest aliquid privilegium indulgeri in præjudicium alterius; sed hoc esset in præjudicium alterius Sacerdotis, si alius Confessionem sui subditi audiat: ergo. R. Dato Ant. N. Min. (*Ibid. ad t.*) Præjudicium enim non fit alicui, nisi ei subtrahatur, quod est in favorem ejus indultum: Jurisdictionis autem potestas non est commissæ alicui homini in favorem suum, sed in utilitatem plebis, & honorem Dei; & ideo, si superioribus Prelatis expedire videatur ad salutem plebis & honorem Dei promovendum, quod aliis, quæ sunt jurisdictionis, committant, in nullo fit præjudicium inferioribus Prelatis, nisi illis *Qui querunt que sua sunt, non que Jesu Christi*, & qui gregi præsent, non ut pascant, sed ut ab eo pascantur. Ille usque S. Doct. Quibus addi potest, quod potius inde onus Parochorum levatur, quam præjudicium ipsis fiat. Insuper per tale privilegium non auferatur ab ipsis jurisdictione ordinaria, & sic nullum fit eis præjudicium.

**Inst. 1.** Illud, per quod impeditur divinum mandatum, non potest per mandatum, vel privilegium alicujus hominis concedi; sed mandatum divinum est ad Rectores Ecclesiarum, ut diligenter vultum sui peccati agnoscat, *Prov. 7.* quod impeditur, si alius quam ipse Confessionem ejus audiat: ergo hoc non potest per alicujus hominis privilegium, vel mandatum ordinari. R. N. secundam partem Min. scilicet quod ista cognitio impedia-

tur, &c. Nam, inquit S. Th. (*Ib. ad 2.*) Rector Ecclesie debet vultum peccatoris sui cognoscere dupliciter: uno modo per sollicitam exterioris conversationis considerationem, qua invigilare debet super gregem sibi commissum; & in hac cognitione non oportet, quod credat subditi, sed certitudinem facti in quantum potest inquirat. Alio modo per Confessionis manifestationem, & quantum ad hanc cognitionem non potest habere majorem certitudinem, quam ut subditi credat, quia hoc est ad subveniendum conscientie ipsius. Undè in foro Confessionis creditur homini, & pro se, & contra se; non autem in foro exterioris judicis: & ideo ad hanc cognitionem sufficit, quod credat subditi dicenti se alteri absolvere valenti fuisse confessum; & sic patet, quod talis cognitio peccatoris, per privilegium alteri indultum de Confessione audienda, non impeditur. Hæc usque S. Doct. Quibus addi potest, quod ex foro isto interiori non potest procedere Parocho ad gubernandum suum gregem in foro exteriori: & quod Pastor sufficienter agnoscit vultum peccatoris sui, quando ipsum agnoscit Episcopus, vel Papa per se, vel per a se delegatos, sicut ipse Sacerdos parochialis, si alios ipse committeret.

**Inst. 2.** Ille, qui audit Confessionem alicujus, est proprius Juxta ejus; alius non potest esse ligare & solvere: sed unius hominis non possunt esse plures proprii Sacerdotes, vel Judices, quia tunc teneretur pluribus obedire, quod est impossibile, si contraria præciperent vel incompossibilia: ergo non potest alicui confiteri nisi proprio Sacerdoti, etiam ex licentia superioris. R. D. Min. (*Ib.*) Unius hominis non possunt esse plures Judices æquales & non subordinati, C. Min. subordinati, N. Min. Igitur inconveniens esset, si duo æqualiter super eandem plebem constituantur; si autem inæqualiter & subordinatè, non est inconveniens; & secundum hoc super eandem plebem immediatè sunt Sacerdos Parochialis, & Episcopus, & Papa; & quilibet eorum potest ea, quæ sunt jurisdictionis ad ipsum pertinentia, alteri committere.

**Inst. 3.** Papa nihil potest contra Decreta Conciliorum Generalium: ergo. R. 1. N. suppositum Ant. Papa enim delegando Sacerdotes ad excipiendas Confessiones fidelium non agit contra Decretum Concilii Lateran. siquidem licet in eo Decreto nomine proprii Sacerdotis intelligatur Parochialis, non excluditur tamèa Papa, nec Episcopus, qui sunt etiam proprii Sacerdotes hoc sensu, quod non sint alii, salvamque maneat jus illorum. 2. D. Ant. Papa nihil potest contra Decreta Conciliorum Generalium in his, quæ spectant fidem, C. in his, quæ spectant disciplinam, N.

**Inst. 4.** Parochi sunt Juris divini: ergo non potest illi derogari per Papam, vel per Episcopum. R. 1. D. Ant. Sunt Juris divini inferioris & subordinati, Transcat: non subordinati, N. Papa enim in tota Ecclesia, & Episcopus in sua Diocesi est magis & excellentioris modo Sacerdos proprius, quam Curatus. *Proprii Sacerdotis officium*, inquit Clerus Gallicanus in laudata Ep. encyclica, in proprii Episcopi dignitate continetur. Undè 2. N. suppositum Consequentis. Episcopus enim conferendo alteri potestatem audiendi Confessiones non derogat juri Sacerdotis parochialis, cum illum non privet jurisdictione ordinaria, sed utitur suo.

**Inst. 5.** Episcopus instituendo Parochum dicit illi jurisdictionem in Parochianos; atqui id, quod quis dat, amplius non habet: ergo. R. D. Min. In corporalibus, C. in spiritualibus N. (*Opusc. 19.*) Ratio disparitatis est; quod corporalia communicantur per translationem domini: unde, qui dedit villam, aut pecuniam, non habet amplius: Spiritualia autem communicantur per virtutem & actionem dantis in recipientem: Agens autem non amittit virtutem agendi, hoc ipso quod agit. Sic, qui communicat alteri scientiam, non propter hoc amittit illam: Episcopus conferens Neomystæ potestatem consecrandi, non amittit illam. Similiter in nostro casu.

ARTICULUS IV.

De Jurisdictione putativa, & probabili.

§. I. De Jurisdictione putativa ex errore.

**V**Oco jurisdictionem putativam ex errore, quæ bona fide creditur esse, & non est. Error autem vel est communis, id est, omnium aut fere omnium in loco, ubi fit Confessio, licet alicui non sit: vel est particularis & paucorum tantum. Item vel est cum titulo colorato, vel sine titulo. Hoc notato,

**Dico 1.** Valida est Confessio facta Sacerdoti, qui ob titulum coloratum creditur communi errore habere jurisdictionem, quam non habet. Est communis sententia Theologorum fundata in benigna interpretatione voluntatis pæ. *Moris* Ecclesie, quæ in communi errore cum titulo colorato censetur conferre jurisdictionem ad singulos actus ob utilitatem publicam, ne sci-

licet innumeræ animæ in sua bona fide pereant, aut gravissimis crucientur scrupulis & anxietatibus circa suas Confessiones. Idque conformiter Juri civili l. *Barbarius* ff. de officio Praetoris, ubi dicitur, quod, *qui communiter est receptus tanquam Juxta, etiam verè Juxta non sit, ejus gesta sunt valida.* Idque verum videtur, etiam si ipse Confessarius esset in mala fide, sciretque suum titulum esse nullum; quia, licet graviter peccet usurpando, quantum in ipso est, jurisdictionem, quam reverà non habet antequam Confessionem audiat, valet tamen ejus absolutio; quia, dum id attentat, Ecclesia in ipso actu confert jurisdictionem, non in ipsius, sed penitentium favore.

**Dico 2.** Sacerdoti, quia, si non Sacerdos, aut fœmina communiter crederetur habere jurisdictionem, etiam cum titulo colorato, nullæ prorsus forent ejus absolutiones; quia hunc defectum, cum sit Juris divini, Ecclesia supplere non potest. Confer, quæ dixi Dissert. 12. de Jure & Jus. art. 1. Pet. 3. Hinc inferes, Sacerdotem, qui accipit Beneficium pastorale cum impedimento occulto, puta, simoniacè, ratione cujus collatio est nulla, & habetur communiter Pastor, validè absolvere: similiter enim, cujus jurisdictione ad tempus delegata finita est, aut occultè revocata, dum se pro Confessario gerit, ut ante.

**Dico 3.** Videtur etiam valida Confessio facta Sacerdoti, qui sine titulo creditur communiter habere jurisdictionem, quam non habet. Quamvis hæc Conclusio non sit tam communis & tam certa, quam præcedens, est tamèa plurimum graviorem Theologorum, & videtur mihi probabilior; quia, posito errore communi, etiam sine titulo colorato, quod talis habet jurisdictionem, si illam non suppleat Ecclesia, eadem omnino inconvenientia sequuntur, ac in præced. Conclusionem, quibus obviam esse pariter impossibile. Si dicas, imprudentiam esse admittere alicuiquam tanquam Confessarium sine exhibitione tituli; Ecclesiam autem non favere imprudentibus. R. Equidem imprudentiam esse in his, ad quos spectat ex officio inspicere & providere, ne falsi pro veris Ministris admittantur, quales sunt Episcopi, Pastores, Magistratus, &c. At dici non potest, esse imprudentiam respectu plebis, quæ nec solet, nec ex officio debet inquirere de veritate Ministrorum, sed superiorum vigilantie remittere. Undè respectu plebis vix est error communis sine aliquo titulo apparenti, qualis est v. gr. consensus Parochi, vel Superiorum, silentium, & fides aliorum, &c.

**Petes**, utrum istæ duæ Conclusiones currant etiam pro casibus reservatis? R. ut videtur mihi probabilis, affirmative. Scio, quosdam contradicere; quia Trid. sess. 14. cap. 7. dicit Sacerdotes extrà articulum mortis nihil posse in casus reservatos. Verum neque aliquid possunt in casus communes sine jurisdictione. Sicut ergo, dum illam non habent in casus communes, Ecclesia in errore communi illis in actuali exercitio confert ob commune bonum, ita pariter ob eandem rationem confert in casus reservatos.

Si dicas, circa casus reservatos vix posse dari errorem communem, quamvis solet dari nescientia: non enim Confessarii solent manifestare penitentibus se habere, vel non habere facultatem absolvendi a reservatis. At vero potestas communis absolvendi omnibus manifestatur, ut primum Sacerdos sedet in Confessione. R. equidem ob rationem datam rariùs dari errorem communem jurisdictionis circa reservata, quam circa communia. Potest tamèa dari, sive ex declaratione ipsius Confessarii, aut Litteris factis: sive ex officio, cui consuetum est annexi jurisdictione in reservata, ut sunt magni Penitentiaris in Cathedralibus, Capellani in Castris, sive ex usu Diocesis, si forte solet hæc jurisdictione concedi certis personis, ut, Decanis, Superioribus Conventuum, Theologis Professoribus, &c. ut fit in hac Diocesi Leodiensi, & hi ut tales communiter habeantur: in qua hypotesi currit nostra Responsio.

**Dico 3.** Invalida est Confessio, quam Penitens facit Sacerdoti, quem ex errore particulari credit habere jurisdictionem, quam non habet. Est communis: quia, ob utilitatem unius, vel alterius particularis non censetur Ecclesia supplere jurisdictionem, sicut supplet pro bono communi totius Plebis; præsertim cum, qui errore particulari laborant, possint ab aliis instrui de defectu jurisdictionis in tali Confessario, & sic Confessionis defectibus occurrere. Insuper alius nunquam esset invalidæ Confessiones defectu jurisdictionis.

§. II. De Jurisdictione probabili.

**Dico 1.** Confessarius potest licitè & validè uti jurisdictione, quam credit probabilis se habere, vel absolute in Penitentem, vel respectivè ad certum casum, tempus, aut personam. Ratio est 1. Quia hæc est consuetudo & praxis communis Confessariorum. Jurisdictio autem secundum Jura acquiritur consuetudine, seu consuetudo est signum jurisdictionis acquisitæ exp-